Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Sebastiano

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

de una parte exiret. Et alius autem non sic pos-
sent. Cui dixit Antonius: Vade ut velitis
petere magis quam parva. Et alius autem non sic etiam posse-
mus. Tunc Anthonius dixit discipulis suis: Su-
os parate fratribus istis quia valde delicati sunt.
Sola oratio nostra est vobis. Hic iustitias primum le-
gunt. Tandem Anthonius c.v. anno vite
sue fratres deosculans in pace quievit circa
annum domini ccc.xl.

De sancto Fabiano. Dicitur

Fabianus quasi fabricans beatitudinem
supernam, id est eam sibi acquirens triplici ar-
te, videlicet virtute ad optionis, emptionis
et debellationis. Hic ut ait ap[ostolus?] imperatorem
Philippo volentem interesse paschalibus vigi-
liis et communicare misteriis, restitit nisi quousque
peccata confiteretur et inter penitentes staret. Inter-
fectus est. Passus est autem anno domini cc.l-
iii. Vir fidelis virtutis et devotionis emptionis
et debellationis. Fabianus civis roma-
nus fuit, et cum papa defuncto pro papa alio eli-
gendo convenissent, inter eos et ipse venit
scire rei exitum volens, et columba can-
dida descendit super caput eius. Quem cum omnes
mirarentur, ab eis in papam eligitur. Hic ut
ait Damascenus papa per omnes regiones
vii. dyacones misit et eisdem vii subdiaconos
dyacones tradidit, qui omnium gesta martyrum
collegerunt. Tandem pontificatus sui anno
xiii. iussu Decii capitis obtruncatione
martirio coronatus.

De s. Sebastiano

Sebastianus dicitur a sequens et beatitudo
et astim, quod est civitas, et ana, quod
est sursum, quasi sequens beatitudinem superne civi-
tatis. Hic eam possedit et acquisivit et hic eam quin-
tuplici decursu, secundum Augustinum, paupertate pretium
vel regnum, dolore gaudium, labore
requiem, ignominia gloriam, morte vitam.
Vel dicitur Sebastianus a basto. Nam miles fuit e-
questris. Bastum sive sella. Sebastianus
quasi mediante Christo in ecclesia militavit et de
multis martiribus victoriam obtinuit. Vel Se-
bastianus id est circumvallatus vel circuitus. Val-
latus enim sagittis tamquam ericius fuit, circuitus
circuivit enim omnes martires confortabat et omnes con-
fortabat.

De nomine

Sebastianus vir christianissimus Nar-
bonensis genere et Mediolanensis. Dyo-
cletiano et Maximiano imperatoribus adeo
carus fuit ut principatum prime cohortis ei
traderent et suo aspectu iuberent semper astare.
Hic militari clamide ad hoc tantum utebatur
ut christianorum animas quas in tormentis videbat de-
ficere confortaret. Duo autem preclarissimi vi-
ri, Marcellianus et Marcus, gemini fratres,
pro fide Christi decollari debebant. Ad eos parentes
advenerunt ut ipsorum animos a suo proposi-
to revocarent. Advenit genitrix mater et soluto
capite, scissisque vestibus et uberibus suis prote-
ctis aiebat: O dulces filii, circumdat me inau-
dita miseria et intollerabilis luctus. Heu me mi-
seram, amitto filios meos ad mortem voluntarie
tendentes, quos si hostes mihi auferrent, per medi-
a sequerer bella raptores. Si violenta
iudicia concluderent, carcerem irrumperem
moritura. Novum pereundi genus est, ut quis car-
nifex rogatur ut feriat, vita optatur
ut pereat, mors invitatur ut veniat. Novus
hic luctus, nova miseria, in qua natorum iuventus
sponte amittitur, et parentum miseranda cogi-
tur senectus ut vivat. Hoc dicente matre,
pater senior manibus adducitur suorum et ca-
pite asperso pulvere huiusmodi voces da-
bat ad celum: Ad mortem ultro filii mei vadunt.
Veni ut que in eorum sepulturam paraveram
in filiorum sepulturis infelix expendam.
O filii mei, baculus senectutis et gemi-
num meorum viscerum lumen, cur sic mortem
diligitis? Venite huc iuvenes et flete
super iuvenes sponte pereuntes. Venite
huc senes et meos super filios plangi-

te. huc accedat pr̄es. et phibete ne talia patiamur. Deficite plorando oculi mei ne uideam filios meos gladio cedi. Hec dicente pr̄e aduenit mater ges aspectibus eorum proprios filios ostenderes atque eiulando clamarent. Quibus nos dimittitis que erunt hora infantium do quis natales largas diuidet possessiones. Heu quam fera pectora que parentes despicitis amicos respuitis uxores abicitis filios abdicatis et uos carnificibus spontaneos exhibetis. Ad hec ceperunt uirorum corda mollescere. Tunc sanctus sebastianus qui ibi aderat in medium erumpens dixit. O fortissimi milites Christi nolite per misera blandimenta coronam deponere sempiternam. Et ad parentibus dixit. Nolite timere non separabuntur a uobis sed uadunt parare uobis splendidas mansiones. Nam ab initio mundi hec uita miseris credentes fefellit sequentes decepit de se presumentes irrisit et ita nulli omnino certum reddidit ut omnibus probetur esse mendax. Vita hec animouet furem ut rapiat mendacem ut fallat. Ipsa sperat crimina iubet facinora suadet iniusta. Hec autem persecutio quam hic patimur hodie excandescat et cras euanescat. hodie exardescat et cras refrigescat. Sub una hora inducitur et sub una hora excluditur. dolor autem eternus renouatur ut seuiat. augmentatur ut crescat inflammatur ut puniat. In amorem ergo martirum nostros iam suscitemus affectus. Ibi enim dyabolus uincere se existimat. quando capit captus est. dum tenet uictus est. dum torquet torquetur. dum iugulat occisus est. dum insultat irrisus est. Cum autem hec sebastianus hec et huiusmodi similia predicaret zoe uxor nicostrati in cuius domo sancti custodiebantur que loqui amiserat pedibus eius prouoluta nutibus ueniam postulabat.

Tunc sebastianus ait. Si ego Christi famulus sum et uera sunt omnia que ex ore meo hec mulier audiuit et credidit aperiat os eius qui aperuit os zacharie prophete dicens. Ad hanc uocem mulier exclamauit. Benedictus sermo oris tui et benedicti qui omnibus que locutus es credunt. Vidi enim angelum librum tenentem in quo omnia que dixisti scripta erant. Vir autem eius hoc audiens ad pedes sancti sebastiani se postulans indulgentiam. Statimque absolutis martiribus rogabat ut liberi abirent. Qui dixerunt nullatenus desertures se uictoriam quam ceperunt. Tantam enim gratiam et uirtutem sancto sebastiano contulerat dominus quod non solum marcellianum et marcum in martirii constantia roborauit. sed et patrem eorum nomine tranquillinum et matrem cum multis aliis ad fidem Christi conuertit. quos omnes policarpus presbiter baptizauit. Tranquillinus autem morbo grauissimo laborans mox ut baptizatus est sanitatem recepit. Prefectus autem urbis rome qui et ipse morbo grauissimo laborabat tranquillinum ut ad se adduceret quis sanitatem redderat. roga Cum ergo uenissent policarpus et sebastianus et ipse eos rogaret ut sanitatem reciperet. dixit ei sebastianus ut prius ydola abnegaret et confringendi ea sibi potestatem traderet. et sic sanitatem reciperet. Cui cum romanus prefectus diceret quod serui sui hoc facerent et non ipse. dixit sebastianus. Timidi deos suos confringere formidant. Et si dyabolus hac occasione eos leserit dicent infideles eos ob hoc esse lesos quod eos confringerent. Sicque policarpus et sebastianus accincti plusquam CC ydola confregerunt. Post hec dixerunt cromatio. Cum nobis ydola confringentibus sanitatem recipere non meruisti. certum est quod aut infidelitatem nondum abiecisti aut

aliquid ydola servasti. Tunc indicavit
se habere in quo erat omnis disciplina stel-
larum pro quo pater suus plusquam cc. pon-
dera auri expenderat et per que futu-
ra omnia previdebat. Cui Sebastianus.
Quamdiu hoc integrum habuisti te ip-
sum integrum non habebis. Cumque ad hoc ille
assensum preberet Tyburtius filius eius iuvenis
egregius dixit. Non patiar opus destrui
tam preclarum. Sed ne patri me sanitati
videar esse contrarius duo clybani
accendantur ut si destructo opere pa-
ter sanitatem non receperit ambo vivi cre-
mentur. Cui Sebastianus. Sic fiat ut
locutus es. Dum igitur illud confringerent
angelus prefecto apparuit et ei a domino Ihesu
sanitatem redditam nunciavit. Statim-
que sanus effectus accurrit post eum ut eius
oscularetur pedes eius. Qui eum prohibuit
eo quod baptismum nondum receperat. Sicque
ipse et Tyburtius filius eius et iiii. cccc. de
eius familia baptizati sunt. Zoe autem ab
infidelibus tenta est et diu cruciata e-
misit spiritum. Quod cum audisset Tranquillinus
prorupit et dixit. Femine nos ad coro-
nam precedunt. Ut quid vivimus. Ipse autem
post paucos dies lapidatus est. Sanctus autem
Tyburtius super prunas allatas iube-
tur aut thus idolis imponere aut super
ipsas nudis plantis incedere. Qui signum
crucis faciens constanter super ipsas
nudis plantis ingressus est dicens.
Videtur mihi quod super roseos flores ince-
dam in nomine domini nostri Ihesu Christi. Cui pre-
fectus dixit. Quis ignorat magicam artem
Christum vos docuisse. Cui Tyburtius. Ob-
mutesce infelix quia non es dignus
tam sanctum nomen et tam mellifluum no-
minare. Tunc iratus prefectus iussit eum
decollari. Marcellianus autem et Marcus
stipiti affiguntur. Cumque fuissent affixi psal-
lentes dicebant. Ecce quam bonum et quam iocun-
dum habitare fratres in unum. Quibus prefectus. Infelices
deponite insaniam et vos ipsos libera-
te. Cui illi. Numquam tam bene epulati su-
mus. Utinam tam diu nos sic esse permit-
tas quam diu corporis tegmine induimur. Tunc
prefectus iussit eos lanceis per latera trans-
figi et sic martirium consummaverunt. Post
hec prefectus Dyocletiano imperatori de
Sebastiano suggessit. Quem ad se
vocans dixit. Ego te inter primos in
palatio meo semper habui et tu contra
salutem meam in deorum meorum iniuriam huc-
usque latuisti. Cui Sebastianus. Pro salute
tua semper Christum colui et pro statu Romani
imperii deum qui in celis est semper ado-
ravi. Tunc Dyocletianus iussit eum in
medium campum ligari et a militibus
sagittari. Qui ita eum sagittis imple-
verunt ut quasi ericius videretur. Et existima-
tes eum mortuum abierunt. Qui inter pau-
cos dies liberatus stans super gradus
palatii imperatores venientes de ma-
lis que christianis inferebant duriter redar-
guit. Dixeruntque imperatores. Iste nec est
Sebastianus quem dudum sagittis interfici ius-
simus. Cui Sebastianus. Ad hoc me dominus
resuscitare dignatus est ut conveniam
vos et redarguam de malis que
servis Christi irrogatis. Tunc imperator eum
tam diu fustigari iussit donec spiritum
exhalaret. Fecitque corpus eius in cloacam
proici ne a christianis pro martire coleretur. Sanctus
autem Sebastianus sequenti nocte ap-
paruit sancte Lucine et corpus ubi esset sibi reve-
lavit et ut iuxta vestigia apostolorum il-
lud sepeliret precepit quod et factum est.
Passus autem circa annos domini cc. lxx-
vii. Refert beatus Gregorius in primo libro

dyalogo gregorii quod quedam mulier in tuscia
nuper nupta cum ad dedicationem ecclesie
sancti sebastiani ab aliis invitaretur ex-
ipsa nocte qua sequenti die ire debebat
carnis voluptate stimulata a viro
suo se abstinere non potuit. Facto autem
mane magis erubescens vultum homi-
num quam dei iuit processit. Mox autem ut
oratorium ubi erant reliquie sancti se-
bastiani ingressa est dyabolus eam arri-
puit et coram omnibus eam vexare cepit.
Tunc presbiter illius pallium arripuit inde
eam operiens sed dyabolus statim ipsum pres-
biterum invasit. Duxerunt autem amici
sui eam ad incantatores ut suis incan-
tationibus dyabolum effugarent. Sed mox dum
incantaret iudicio dei legio demonum
id est vi milia dc et lxvi in eam ingressi ip-
sam acrius vexare ceperunt. Quidam
autem vir nomine fortunatus sanctitate con-
spicuus suis precibus eam sanavit. Le-
gitur etiam in gestis longobardorum
quod tempore Gumberti regis ytalia to-
ta tanta peste percussa est ut vix vivi
aliquos sufficerent sepelire. Et hec pes-
tis maxime rome ac papie grassa-
batur. Tunc visibiliter angelus
domini bonus multis apparuit malo an-
gelo sequenti et venabulum ferenti
precipiens pariter ac cedem faceret.
Quotiens autem aliquam domum percutie-
bat tot inde mortui efferebantur.
Tunc cuidam divinitus revelatum est quod
nequaquam hec pestis cessaret donec
sancto sebastiano altare papie con-
strueret. Quod constructum est in ecclesia sancti
petri que dicitur ad vincula. Quo facto sta-
tim illa cessavit quassatio et illuc
a roma reliquie sancti sebastiani sunt
delate. De nomine

Agnes dicta est quia mitis et humilis
tamquam agna fuit. Vel agnes
dicto quasi agno quod est pium quia pia
et misericors extitit. Vel agnes
dicitur ab agnoscendo quia viam veri-
tatis agnovit. De sancta agnete

Agnes virgo prudentissima ut per-
hibet ambrosius qui eius passionem consc-
ripsit tertio decimo etatis sue anno mor-
tem perdidit et vitam invenit. Infancia
quidem computabatur in annis sed erat
senectus mentis immensa corpore iu-
vencula sed animo cana. Pulchra
facie sed pulchrior fide. Que dum a scolis
reverteretur a prefecti filio adamatur.
Cui ille gemmas et divicias in-
numerabiles promisit si consensum eius
coniugio non negaret. Cui agnes
respondit. Discede a me pabulum mortis
quia iam ab alio amatore preventa sum. Cepit
ipsa amatorem suum et sponsum a v.
commendare que sponse in sponsis
precipue requiruntur scilicet a nobilitate
generis. a decore pulchritudinis.
a diviciarum habundantia. a fortitudi-
ne et potentie efficacia et ab amoris
magnitudine sic dicens. Qui longe
melior est te et genere et dignitate.
cuius mater virgo est cuius pater feminam
nescit. cui angeli serviunt. cuius pul-
chritudinem sol et luna mirantur. cuius
opes numquam deficiunt. cuius divi-
cie non decrescunt. cuius odore mortui
reviviscunt. cuius tactu confortantur
infirmi. cuius amor castitas. tac-
tus sanctitas. unio virginitas. Hec autem
v. ponit in quadam auctoritate dicens.
Cuius generositas celsior. possi-
bilitas fortior. aspectus pulchri-
or. amor suavior et omni gratia ele-